

¶ Capitulum quintum de genere generalissimo et subalterno et quod ens non potest esse genus

¶ Iudicatur autem genus in genus generalissimum et subalternum. Genus generalissimum est illud supra quod non est aliud superueniens genus quod sic debet intelligi ut enim dictum est. Genus sumitur a conceptu conformitatis aliquorum que in aliquibus aliis perfectionibus sunt difformia a quibus perfectionibus formalibus sumitur difformitatis. Sicut animal est genus quod dicit motum et sensum in quibus homo et equus performantur qui cum sint difformes in aliquibus perfectionibus puta quia in homine est ratio que non est in equo a qua sumitur differentia scilicet rationale. Conformatur etiam homo cum planta in viuo ex qua conformitate sumitur aliud genus scilicet corpus animatum et hec est minor performitas quam prima. Et quia ad plura se extendit animatum corpus quam animal. Ideo hoc est superius genus. Cum lapide vero performatur in corporeitate a qua sumitur aliud genus superius scilicet corpus. Cum vero angelo vero performatur in substantia que adhuc est remotior performitas a qua sumitur aliud genus scilicet substantia. Si vero homo esset difformis alicui rei in substantia nulla eis performitas remaneret nisi entitas. Cum autem ens non possit esse genus ut dicitur. Restat ergo quod substantia sit genus generalissimum. Reliqua vero genera que sub substantia diximus scilicet corpus. corpus animatum. animal sunt genera subalterna. que aliquando ponunt esse genera aliquando